



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

55. Locus exemptus sitne in diœcesi vel de diœcesi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

congruit doctrinæ Gregorij Sayrij d. lib. 1. cap. 6. nu. 39. 40. 41. 42. & seq. & ca. 7. nu. 10 apud quem hæc plurifariam vario exemptorum genere explicantur.

QVÆSTIO LV.

Locus exemptus sine in diocesi vel de diocesi.

SUMMARIUM.

1. Differentia inter particulas in & de. de precipiendis fructibus beneficiorum primi anni vacaturorum in sua diocesi.
2. Locus exemptus est in diocesi sed non de diocesi.
3. Quid si concedatur Episcopo privilegium
4. In generali sermone non comprehenduntur beneficia exempta.

Hæc de re variæ sunt oræ disceptationes propter differentiam quam Doctores videntur constituisse inter particulas in & de. Latissime Felin. ca. grave ubi DD. de offic. ord. Feder. de senis latè conf. 2. per tot. Cosmas Guimier. in pragmat. tit. de annatis §. item quod ratione ver. in diocesi glo. in Clem. 1. verbi aut earum de foro compet. Milu. in reperi. verb. diocesis Bald. conf. 4. 26. par. 1. Collectaneus ca. si proponente de rescript. Abb. c. Apostolica not. 3. de donat. Castr. conf. 187. vol. 2. Ang. conf. 133. Iason. I. extraterritorium num. 5. ff. de iurisd. om. iud.

Paucis generalis sermo diocesis adjecta particula in comprehendit quicquid est inter illius fines, ita quod nullus locus excipitur Bald. d. conf. 4. 20. idque suadet communis loquendi usus arg. ca. ex literis de sponsalib. nam communiter dici non potest nullus esse diocesis cap. nulla dist. 93. Quod verò locus exemptus non sit de diocesi, plurimi voluerunt, ut est videre apud Felinum d. ca. grave & notavi supra lib. 4. q. 29. Unde interunt doctores quod concessio privilegio Episcopo de percipiendis fructibus primi anni beneficiorum vacaturorum in sua diocesi, comprehenduntur beneficia spectantia ad exemptos, modo tamen beneficia non sint exempta Archid. ca. si propter tua debita de rescript. in 6. Rot. dec. 269. in antiq. In generali enim sermone non comprehenduntur beneficia exempta Bald. l. 1. col. pen. C. de furr. arg. l. legato rum §. qui plures ff. de leg. 2. Castr. conf. 187. vol. 2. Guimier loco allegato. 10 de Selua. de beneficio par. 11. quæst. 3. n. 21. tex. ca. quamvis de prebend. in 6. de cuius veritate videri poterunt quæ supra notavimus lib. 1. cap. 5. num. 4. 20. 21. 22. & seq.

QVÆSTIO LVI.

Regulares exempti an possint in Confessione absolvere in casibus quos specialiter Episcopus sibi reservavit.

Non posse, urget hæc ratio, quod Papa concedendo potestatem audiendi confessiones, & absolvendi subditos Episcoporum, non dederit eis ampliorem facultatem, quam Curatis tex. Clem. dudum §. statimus de sepultur. Unde cum Episcopus specifica reservatione possit detrahere de ordinaria potestate